

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

47.

52

ELEGIA

IN NVPTIAS

VIRTUTE ET DOCTRINA


Ornatissimi Iuuenis Domini *FRIDERICI*
KERSTEN, & egregiæ ac pudicæ Virgi-
nis *CATHARINÆ*, Amplissimi Pruden-
tissimiq; viri Domini *IOHANNIS TENTZE-
RI*, inclytæ Reipub. Halensis Consulis
optimè meriti, &c. Filia, Christo
duce & auspice celebratas

7 Aug. Anno 1593.



Halæ Saxontum
TYPIS ACHATII LISKANI.





LIECIA

IN VITIS

VITIS ET BOCCINA

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

TYRIS

...

...

...

...

...

...

...





NE genus humanum rueret sine mente fe-
rarum
More, sed huic frenos adderet ordo
bonus:

IpsE DEVS sator vnicus orbis, & omnium origo,
Instituit casti jura fidemq; thori:

Quo duo perblandis junguntur pectora vinculis,
Ut socijs vivant mentibus vna caro.

Munus opusq; DE I thorus est: fors optima Vitæ
Provenit è sancti commoditate thori.

Quâ mens casta sui est reatrix, est conscia recti,
Ferreq; scit casto vota precesq; DEO.

Corda I EHOVA vago polluta libidinis æstu
Odit, & innumeris punit vbiq; malis.

FRIDRICE ergo lapis, duce qui pietate suavis
Fœdus inis vitæ, quod DEVS ipse probat.

Vita etenim aut misera est, aut est sine compare nulla,
Tœdia quæ multo plena labore tenet.

Sicut enim in medio pupillam luminis orbe
Servatam quivis, incolumemq; cupit:

Sic quòq; Vir cum Coniuge amore tenentur amico,
Virq; fovet Costam, curat & illa Virum.

Ut sine sepe patent latronibus arua cruentis:
Sic sine coniugio deficit ægra domus.

Quærenda est nobis animæ pars altera, Costa,
Blandiloquo curas quæ levet ore graues.

A ij

Non

Non secus ac sine luce dies, sine frugibus arvis
Tristia sunt: dulci sic sine prole domus.
Instar enim vitis fecunda est optima coniunx,
Quae generat Domino pignora læta suo,
Ut stent ad mensam viridis ceu ramus oliuae,
Et laudes referant ore sonante DEI.

Diodor^o:
κρεῖττον ἐστιν,
ἐν πύθρασι
μὲν καὶ λα-
βῆν γυναῖκα
ἔπιπροικον ἢ
κακῶς, μετὰ
πολλῶν χρη-
μάτων.
Lactanti^o:
τὸ γὰρ ἐν
καὶ μόνον ἐν
ἀνθρώποις
ἀγαθόν ἐστιν
ἐπιβῆνα.

Ite procul vani ludibria noxia vulgi,
Delectes alios copia dives opum.
Quae datur à CHRISTO Coniunx pia, divitis instar
Theauri est, nullis æquiparanda bonis.
Optima dos nuptæ, PIETAS, quâ pulchrius unquam
Non aliud poterit Coniugis esse decus.
Hinc benè qui nupsit, bene vixit, quique beatè
Mortuus est, præ alijs faustus habetur homo.
Ast malè qui nubit, male vivit, obitq; perennis
Tandem cum pravâ coniuge, morte, sua.
Quis neget idcirco te terque quaterq; beatum
Nunc fore, KERSTENAE, Sponse propago
DOMVS?
Nam decus eximium tibi traditur optima Virgo,
Quae socia ut vitæ dulce levamen erit.
Cui dedit in vitâ præcepta salubria mater,
Et monita in curas officiosa domus.
Et docuit, verâ colat ut pietate IEHOVAM,
Et rata quæ CHRISTI nomine vota ferat.
Quoq; modo CHRISTO duce & auspice iuncta ma-
Legitimi servet iura verenda thori.
Ista tuæ CATHARAE decora & patrimonia Sponsæ
Sunt: DEVS è caelis sufficit ista piis.
Quis neget idcirco te terq; quaterq; beatum (M.V.S?)
Nunc fore, KERSTENAE, Sponse, propago DO-
Scili

Scilicet à CHRISTO cui talis lædere lætæ
 Nupta verecundo plena pudore datur.
 Intemerata colit quæ Virginitatis honorem,
 Et CATHARA est verè nomine reque simul.
 Quæ matronalis pulcherrima norma decoris,
 Famaque Virginei lausque decusque chori est.
 Hæc patre TENTZER O fuit edita lucis in auras,
 Nestorei manant cuius ab ore favi.
 Vno quo gaudet fumantibus Hala Salinis,
 Quæ Sala pisciferis moenia stringit aquis.
 Consul enim patrias Leges conservat, & æquum,
 Ciuibus & tradit civica iura suis.
 Tanta Viri probitas, placidæque modestia mentis,
 Ut verè humanum dixeris esse Virum.
 Cuilibet vnde suâ linguâ prodesse senili,
 Consilioque suo promere novit opem.
 Id quod testatur grata Respublica mente,
 Grato & in ore piæ posteritatis erit.
 Quid? quod & Aonidum defendit & auget honorem,
 Consilioque iuvat templa scholasque suo.
 Adde quod eximie sit doctus, iuris & æqui
 Quem multâ ornavit cognitione Themis.
 Quis neget idcirco te terque quaterque beatum (MVS?
 Nunc fore, KERSTENAE, Sponse, propago DO.
 Ergo age, quod faustum æthereo moderante magistro est,
 Sponse, pio fidens iniice colla iugo.
 Præstò sit vobis CHRISTVS, precor, omnibus horis,
 Ut benè cant socij gaudia cœpta thori.
 Huius qui vitæ generis testatur amorem,
 Quique gerit sponsi mystica signa pij.
 Quique sibi verè docet esse hymenæia curæ,
 Dum vinum è liquidis nobile fecit aquis.

A;

Vivite

Vivite felices animæ, pia viscera CHRISTI,
Incipite en liciti munera nosse thori.
Vtq; sonant summi sublimia jussa IEHOVAE,
Exaugete piâ nobile prole genus.
Coniugium ambobus felix sit & utile: CHRISTVS
Temperet id, cœlo vos beet atq; solo.
Hæc eadem, quæ fundo animi è penetralibus imis,
Sint rata quò faxit fons & origo boni.
Si rata erunt, vt erunt, hæc vota precesq; sacratæ,
Plus ea erunt, quàm si gemmea dona feram.

Debitæ gratitudinis
ergo facta

à M. Iohanne Latomo
ibidem Scholæ Col-
legæ,



Vivite



52a
Ente Nympharum quàm magna caterua sequatur?

En præclarorum quanta caterua virum?

Gratulor ergo tibi talem, pie Sponse Maritam,

Atq; tibi talem, NYMPHA MODESTA, virū.

Atqui SPONSE pias DOMINO ferpectore grates,

Quòd redit in viduum florida nupta torum.

Illa tibi veluti subiecta Ecclesia CHRISTO est,

Subdita erit, nutum viuet aduq; tuum.

Hactenus es magno curarum fasce grauatus,

Auxilio postquàm comparis orbis eras.

Sed tibi, quam socio coniungis jure, Marita

Verbis arcebit tædia multa suis.

Quam peperit primam tibi fæmina prima iuuentam,

HÆC tibi solerti sedula finget ope.

Si te tentarit morbus, si cana senectus,

HÆC erit in cunctis anchora tuta malis.

Accipe nunc simili quoq; jure Marita Maritum,

Quem tibi supremus destinat ipse DEVS

Quod nisi nunc terræ festinem aduertere proram,

Vel SPONSI laudes concelehrare queam.

Quæ sit fama viri, non nescit Marchica terra,

Quæ sit fama viri Saxonis ora tenet.

Viuite felices, viuendo vincite ceruos,

Conturbent vestrum iurgia nulla torum.

Dulcia fæcundis implete cubilia natis,

Vt soboles nostri sit numerosa DEI.

Curate inprimis diuini dogmata verbi,

Omnia successu prosperiora cadent.

Nomina sic SPONSAE geris ornatissime SPONSE,

Nomina sic SPONSI SPONSA BEATA geris.

Sic CHRISTIANA fores vel ab omni parte BEATA

Sic CHRISTIANE omni parte BEATVS eris.

B

A Georgo Kittelmanno.

PSALMVS 128.

OMnibus, Isacides sancto canit ore Propheta,
Alma salus constat, qui pia jura colunt.
Qui non secedunt sacro de tramite verbi,
Sed subeunt veræ religionis iter.
Non tuus extabit manuum labor vllus inanis,
Ruris at ingentes accumulabis opes.
Fæta tibi dabitur coniunx, ceu florida vitis,
Palmitæ quæ denso cingit vtrinq; domum.
Fructifer vt crelcit viuacis ramus oliuæ,
Sic decorent mensam pignora cara tuam.
Talia debentur Domini sacra iussa sequenti
Præmia, non prauis distribuenda viris.
Quatenus in fragili superest tibi corpore vita,
Omnia succedent prosperiora tibi.
Et longo tandem numerabis ab ordine natos:
Candida pax generi cedit vbiq; tuo.

Scriptus à Martino Crischoiio.
Sponsi filio.

PRE-

P R E C A T I O I V N I O R I S.
Tobiæ, quæ extat libro Sacro &
Tobiæ Cap. 8.

O Venerande Deus nostrum sator alme parentum,
Quem laudat summi machina tota poli,
Quem mare, quemq; soli fontes undæq; verentur,
Quem celebrat quicquid magnus hic orbis habet.
Finxisti terræ de limo primus Adamum,
Adducens Euam dulce refrigerium.
Ducere me sociam turpes non propter amores,
Tu nescire nequis ô pater omniscie:
Gignendæ licitum sobolis sed propter amorem,
Laudet in æternos, quæ tua facta, dies.
Vxor at illius subito sic farier infit:
O miserere Parens o miserere D E V S.
Viuere nos facias grandæuos Nestoris annos,
Et posthac nitidi gaudia magna poli.

Scripta à Christiano Crischnio
Iuniore.

F I N I S.



Nov 1996

8

ULB Halle 3
002 063 808




nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 1996 |

VB 17

M





47.
52

ELEGIA

IN NVPTIAS

VIRTUTE ET DOCTRINA
Ornatissimi Iuuenis Domini FRIDERICI
KERSTEN, & egregiæ ac pudicæ Virgi-
nis CATHARINÆ, Amplissimi Pruden-
tissimiq; viri Domini IOHANNIS TENTZE-
RI, inclytæ Reipub. Halensis Consulis
optimè meriti, &c. Filia, Christo
duce & auspice celebratas
7 Aug. Anno 1593.



Hale Saxontum
TYPIS ACHATII LISKANI.

